


Hippoerates Chymicus. 45
 strias concrefcere permittunt ni-
 tidiffimas & puriffimas, quas
 fequenti mane abluunt. Alkali
 enim, omne acidum nociuum
 & impurum ab illo abforpsit,
*Sicut in humano corpore etiam
 contingit, vt docet Hippocra-
 tes i. lib. de diæta.*



*Privilegiatum Alkali
 Tartari.*

*Salis Tar-
 tari pravo-
 gatiua.*

CAPVT IX.

DIxi, quod inter fixiora al-
 calia, fal tartari gaudeat
 fingulari priuilegio, & licet fit
 corpus graue, terreftre, impu-
 rum, & fordibus inquinatum,
 digeftus tamen cum quocumque
 metallo a per debitum tempus,
 id conuertit in Mercurium cur-
 rentem; quod expertus incredulis
 pro veritate affirmit: fi qui verò
 credere id nolint, parum follici-
 tum me reddit.

*a Aurum
 eft ferè ro-
 iū ful phur
 minimum
 dat mercu-
 rij, omni z*

Amicus quidam, cum tartarum

ex vino generoso, maturo & claro quærebat, eliciebat spiritum, & exhalare permittebat phlegma, crassum remanens ut syrupus, in frigido concrefcere permittebat in tartarum pellucidum, quem exussit & aquâ communi, ut moris est, alcali extraxit, quod in liquorem sponte decurrere permittebat. Obtulit se occasio, ut hic inopinatè Romam pergere deberet cum magni nominis viro, ut interim non periret prætiosus liquor, iussit famulo liquorem asseruare in tali vase, quod indicabat. Famulus per errorem, hunc fundit in aliud vas vicinum, simile priori, in quo erat argentum, in aqua forti solutum, cui superadditum fuit sal armoniacum sublimatum, & aceto distillato solutum, pro alio opere inceptum; redijt amicus post nouem menses, quærens liquorem tartari, sed cucurbita famulo assignata erat vacua; eò quod hunc famulus in vicinam infuderat: non autem ibidem li-

Hippocrates Chymicus. 47

quorem, sed aridam terram
(per nouem menses exsiccatam)
inuenit, quam baccillo tetigit,
& magna pars Mercurij curren-
tis sese manifestauit, tunc tem-
poris non credidit ex perfectis
metallis Mercurium currentem
fieri, sic persuasus iuxta axio-
ma, quod *facilius sit metalla
perfecta construere quam destrue-
re*, & experimentum neglexit,
sibi que persuasit casu quodam
Mercurium in vas incidisse. Tan-
dem ex *Basilio Valentino* didicit,
quod tartari sal, præ omnibus
reliquis hanc haberet præroga-
tiuam.

*Mercurius
ex argento.*

Hoc experimentum confirma-
bat ingeniosus *Helmont* a his
verbis. *Sensi*, inquit, *crudita-
tem saturni pinguedine fixorum
salium solubilem*, sicque diuidi
partes compositi, ut *crudum ar-
gentum currere permittit.*

a *Tractatur
poreftas me-
dicaminum,
.§. 40.*

Tunc memoriæ subuenit lixi-
uium forte, quocum vetulæ co-
quunt litargyrium ad capillos de-
nigrandos, (quod habet etiam

I. Porta in magia naturali) cui instillavi spiritum vitrioli, & statim alcali permittit metallum in album pulverem cadere, quem reduxi in plumbum; certò itaque cognoui, quòd alcalia, metalla calcinata, in horum ventre invisibiliter abscondunt.

Habito hoc experimento, pergit Helmont; *Calcinata acerri- ma*, inquit, *cum sale armoniaco resoluto, & tartaro putrefacto, dulcorantur*: id est, vertuntur in Mercurium currentem, qui non est amplius acris vel mordax ut calcinata, sed linguæ insipidus.

Nunc redeo ad sal tartari, quod liquoris forma in cucurbitam fuit fusum, in quo erat argentum aquâ forti corrosum cum sale armoniaco. Hæc omnia naturam in salia neutra & diuersa à priore statu; sic argentum non referebat amplius faciem argenti, de quo Basilius *a* in tractatu de tartaro.

*a Lib. 1. de
magno
mundi mi-
raculo.*

Hippocrates Chymicus. 49

Per meum Spiritum ut se se
vindicent,

Et omnia metalla omni-nò
corrumpant.

Sicut enim omnia sublunaria,
experientiâ teste, ex duobus,
ACIDO nimirum & AL-
CALI constare (vt in hoc scri-
pto mechanicè) ostendam: id
etiam de argento intelligendum
volo: huic argento, alcali tar-
tari per debitam digestionem &
coctionem, tantum acidi Sul-
phuris absorpsit, quantum Mer-
curia in argenti statu (ab eo
nunc segregato) pro sui con-
stantia satis erat: in Mercurij lo-
cum successit alcali (adulterium
vocant Philosophi) quod ab ar-
gento amplectitur, perdit ideò
formam & pulchritudinem, &
mutat eius naturam; ita vt lique-
tur leuissimo igne, sicut plumbum,
vel sal armoniacum mi-
stum cum calce silicum; vocatur-
que à Crollio a Luna cornea,

*Diana
nuda.*

*a Luna
cornea. A*

E

ed quod cornuum instar, cultro scissilis est. Hæc cornea luna, licet centies aquâ calidâ ablueretur, a liquareturque celeri fluxu ex tartaro & nitro; separare tamen ab inuicem possibile non esset, nisi in saturni balneo: in quo quicquid argenti superest, redit in purum; salia autem cum plumbo, in scoriam & litargyrium; quod etiam rursus simplici fusione in plumbum reducitur: scoria verò quæ salia erant, in Elementa rapiuntur, simul cum argenti sulphure, quod absorpserant.

a ut de auro fulminante alibi dixi.



Vacua esse Alcalium corpora exemplis ostendit.

Vacuum in natura demonstratur per artem.

C A P V T X.

SAL tartari itaque est medium, in quo reuiuiscunt non solum metalla, sed etiam mineralia, licet per artem & ignem